

c) Civium Romanorum proprio. Et si enim iuri naturali conveniens sit, ut pupilli in tutela sint aliquâ: §. 6. infr. de Attil. tut. non tamen jus naturale prescribit, quis, cui, quomodo, quowque, &c. tutor sit dandus: sed totum id facit jus civile. pass. tit. seq.

§. 2. Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, exque ipsa renomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tutores atque defensores: sicut auxiliui dicuntur, qui aedes tuentur.

III. Qui, quibus, testamento tutores dare possint.

§. 3. Permissum est itaque parentibus, liberis impuberibus, quos in potestate habent, testamento a tutores dare. Et hoc in filios filiasque procedit omnimodò. Nepotibus vero neptibusque ita demum parētes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatem patris sui non sunt recusari b). Itaque si filius tuus mortis tuae tempore in potestate tua sit; nepotes ex eo non poterunt ex testamento tuo tutores habere, quamvis in potestate tua fuerint: scilicet quia mortuote, in potestatem patris sui recasuri sunt.

§. 4. Cum autem in compluribus aliis causis postumi pro jam

a) vel codicillis testamento confirmatis. l. quidam. 14 ff. de jur. codicill. & quidem tum demum effectum habitulo testamento cum ex ea adita fuerit hereditas. l. si hereditas. 10. pr. ff. de test. sut.

b) quia patria potestas excludit tutoriam. pr. h.t. l. cum filius fam. 28. ff. de test. mil. l. ult. pr. C. de curs. fur.

a) & nimirum iis omni-
C. 6. natiss.